Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26113
Copyright: Admont, Benediktinerstift



genuit filios et filias. Vixit quoque faleg
.xxx. annis. et genuit reu. Vixit quoque fa
leg postquam genuit reu. cc.viiii. annis. et
genuit filios et filias. Vixit autem reu .xxx
.ii. annis. et genuit sarug. Vixit reu
postquam genuit sarug. cc.vii. annis. et
genuit filios et filias. Vixit vero sarug.
xxx. annis. et genuit nachor. Et uixit
sarug postquam genuit nachor. Et uixit
sarug postquam genuit nachor .cc. annis.
et genuit filios et filias. Vixit autem
nachor .xxx.viiii. et genuit thare.
Vixitque nachor postquam genuit thare c.
xviiii. annis. et genuit filios et filias.
Vixitque thare lxx. annis. et gen̄ abram
et nachor et aram. He autem sunt gn̄ationes thare.
Thare genuit abram. et nachor. et aran
Porro aran gen̄ loth. Mortuusque est
aran ante patrem suum in terra natiuita
tis sue. in ur chadeorum. Duxerunt autem

Sed simul. sed sinis temporibus ex quo gignere cepit. nec attendendum est in his ordo natiuitatis. sed significatio futurae dignitatis. in qua abraham excellit.

Sed ab igne consumptus ut tradunt hebrei. quem adorare noluit.

Ier. In ur. c. In hebreo in ur chestlim. i. in igne chaldeorum. Hinc fabulantur hebrei quod abram in ignem missus sit. quia ignem adorare noluit. quem chaldei colunt. et dei auxilio liberatus de idolatrie igne fugit. unde ad eum dicitur. Ego sum qui eduxi te de igne chaldeorum.